

irrigua. **O**cculta ab omni humana laude. **E**ccl. xxxix. **C**o dute elemosinā in sinu pauperis. **M**atth. vi. **T**e autem faciente elemosinā nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. **P**ura a sine admixtione rixamie a rei aliene. **E**ccl. xlii. **Q**ui offert sacrificiū ex substantia pauperum: quasi qui vincit amat filium in conspectu patris sui. **I**rrigua ex insana compassione. **P**salmista. **E**untes ibāt a flebāt mitterentes semina sua. **J**ob xxx. **F**lebāt quondā sup eū q̄ afflicus erat a anima mea compatiebatur pauperi. **T**ercio elemosina comparatur semināde. q̄ non debet committi terre perue a concalceate id est malis a sceleratis qui sunt demonis peruij a malis temptationibus occultati. **N**ec terre petrose id est superbis in malo duratis. **N**ec terre spinose id est mūdanis diuitijs locupletatis. **S**ed debet omitti terre bone id est bonis. mansuetis a egenis. **P**salm. xxxiiij. **B**eati qui seminatis super omnes aquas humectantes pedem bouis a asini. **P**auperes autē dicuntur aque transeuntes in quantum discuntur propter necessitatem vite. **E**t dicuntur boues in quantum portant in gum penitentie. a dicuntur asini a iumenta delinquentium habent mansuetudinem et simplicitatem innocentie. **Q**ui ḡ super talem terram seminant nō

li sunt beati.

~~Sermo tertius eiusdem~~

**V**ob autē cecidit in terram bonam hii sunt qui in corde bono a optimo audientes verbum dei retinet ac vbi supra. **P**ostq̄ enim visum ē de semine a de semināte: videndū est de terre qualitate a varietate. **T**erra autem ista duplex est. **V**na bona. alia mala. **T**erra mala triplex est. **V**na est secus viam. alia est petrosa. alia est spinosa. **T**erra secus viam si non clauditur efficitur via. **T**erra spinosa si non clauditur: efficitur spinis plena. **T**erra petrosa si non compluitur efficitur nimis arida a in modum petre dura. **E**st igitur p̄ma que efficitur via. a significat luxuriosos qui nullam clausuram habent. nec in oculis suis. quia libenter vident illicita. nec in auribus suis. quia libenter audiunt carnalia. nec in ore suo. quia scilicet libenter loquuntur sturilia. nec in corde suo. quia scilicet libenter cogitant immunda. **E**t quia nullam habent clausuram: idē demones frequenter corda eorū perambulant. **J**ob decimonono. **V**enerunt latrones a fecerunt sibi viam per me. **L**ibenter ea concuſcant. **V**nde dicitur ~~Eccl. xlii. c. nono~~. **O**mnis mulier que est fornicaria: quasi sterus in via